

Letter 379: 21 February 1529, Strasbourg, Capito to Ambrosius Blaurer

Printed in Schiess 1, p. 183, Ep. 137.

Gratiam et pacem, charissime frater. Heri missa nobiscum abrogata est frequentissimis suffragiis tricosiorum. Gratiae domino, qui nobis tandem dedit contemnere inanes minas tyrannorum. Proximo scribemus, quibus artibus nos impedire perrexerit adversarius; nam nuncio abituro primum rescivi adesse, qui nostras ad te commode perferret. In spe sumus reliqua feliciter successura. Vale felicissime cum fratribus ac tota ecclesia. Argentorati 21. Februarii anno 1529.

Capito.